



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

Vita S. Attalini, Episcopi Zamorensis in Hispania: Ex ea quam Lucius Marineus Siculus, Regius Historiographus conscripsit, de rebus Hispaniæ.
lib. 5. Claruit circa annum Domini 820.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42787

* *Quintiniano*
S. Agathe
Martyrium
habetur s.
Februa. que
pissa reperi
tur anno
Christi 254.
Decij Imp.
2. unde et
tempus obi
tui huius
presulis col
ligi potest.
Moritur fe
liciter.

Cumq; virum sanctum illi, vallatum tenerent, ac circumuenissent: eo Deum suppliciter inuocante, statim prostrati, misereque afflicti sunt. Huius tempore Fusca virgo nobilis, Idibus Februarij, sub * Quintiniano Præfide, qui in Sicilia Agatham trucidauit, ob Christi religionem Rauennæ interfecta est: adeoque passim in Christianos generatim sæuitum est, vt paucissimæ eorum familiæ, nedum ciuitates, eius calamitatis expertes fuerint: Hoc itaque tempore Marcellinus Rauennatum Antistes, in tanta Christianæ religionis perturbatione in fide Christi constans permanens, demum plenus dierum ac bonorum operum, ex mortalitatis huius ergastulo ad immortalem vitam migravit. Eius corpus in extremo spiritu suavissimorum vnguentorum diuinum efflans odorem in D. Probi basilica sepultum est.

VITA S. ATTALINI, EPISCOPI ZAMORENSIS in Hispania: Ex ea quam Lucius Marinus Siculus, Regius Historiographus conscripsit, de rebus Hispania. lib. 5. Claruit circa annum Domini 820.

Teste C. Baron in Not. ad Martyr. Roman.

5. Octob.

Ingrreditur monasteriũ.

Præficitur in Priorem.

ATTILANVS quinque & viginti annorum iuuenis, cum multa de eximia Morerolæ monasterij sanctitate, quod à Samora non longè distabat, audiret, ilicò pietatis apprimè studiosus se eò contulit. Vbi postquam annos decem cælestis militiæ stipendia, sub Floriani Abbatis disciplina fecisset, in eius monasterij Priorem cõstitutus est. Eo tempore cum

eum Zamorensis & Legionensis pontifices vi-
tae & dignitatis munere perfuncti essent, Atti-
Janus in Zamorensi, & Florianus in Legionen-
si Episcopatu successerunt. Clarissima enim
virtutum eorum fama per omnem regionem
peruolabat.

*Fit Episco-
pum.*

Itaque Attilianus eo ministerio roboratus,
strenue non minus quam pie commissum sibi
munus administrans, annos ferè decem conti-
nuos, magna cum laude in omniu salute procu-
randa desudauit. Interim anteaetate vitæ, crimi-
numque quæ commiserat memor, Episcopatus
sui redditib. pauperib. assignatis, peregrè pro-
ficisci statuit. Igitur cum suis, non sine difficul-
tate, itineris istius necessitatem persuasisset,
statim discessit. Cumque ad pontem templo
S. Laurentij vicinum venisset, annulum quem
digito gestabat in flumen proiecit dicēs: Hunc
quando annulum reuidero, tunc ab omnipoten-
ti Deo omnium delictorum meorum veniam
promerebor. Indè autem discedens, vno comi-
tatus amico, quem plurimum diligebat, ad e-
festinavit, vt eum in itinere defatigatum reli-
querit. Solus itaque pannis se quam vilissimis
induit, & stipem annis duobus à nemine co-
gnitus mendicauit.

*Post annos
decem in
Episcopatu
exactus, re-
licita functio-
ne sacra, auro
ram subit
paenitudinē.*

Interea totis viribus pristinis vitæ sordibus
per penitentiam elucis intentus, nocte qua-
dam in somnis, voce diuinitus allata, admoni-
tus fuit, vt pontificatum repeteret: certus exau-
ditas iam eius à Deo preces esse. Hoc præcepto
attonitus spem metumque inter, itineri se ac-
cinxit. Nocte itaque ad eremum, cui nomen
erat à sancto Vincentio de Cornu, d. i. i. u. ,
fuit

*Diuinitas
mouetur, vt
Pontificatū
repetat.*

G 2 fuit

*Notarem
miram &
dupendam.*

*Restituitur
sedi suæ.
Adscribitur
Catalogo
Sanctorum.
Iuxta Gene-
brardi Chro-
nicon, sedit
hoc tempore
Ioannes 18.
& 19. & re-
gnauit in Hi-
spaña Al-
fonsus 5.*

fuit à muliercula quadam cum marito suo ex-
iguo hospitio mensaque sobria exceptus. Ma-
nè autem cum pro consuetudine ad ædes Epi-
scopi maritus vnà cum vxore pisces petiturus
abirent, Attilani custodia ædes commiserunt.
Reuersi verò piscibus acceptis, eos similiter
Attilano exenterandos tradiderunt; ipsi inter-
im aqua & igni adferendis occupati. Cumque
vir beatus piscem cæteris maiorem accepisset,
excæctis intestinis, reperit nò sine stupore, eun-
dem illum annulum quem à ponte in flumen
proiecerat. Tum verò gaudio incredibili exul-
tans, mox, fixis humigenibus, Deo gratias age-
re; lachrymarum imbrem præ gaudio funderet
diuinam bonitatem sine fine mirari. Dum verò
hæc fiunt, continuo campanæ suæ sponte iubi-
lantes, vniuersam ciuitatem ad spectandam rei
nouitatem prouocarunt. Fit ingens populi cõ-
cursus: lustrantur ædes: variaq; loca, num quid
in ijs noui & admirandi laritet perscrutantur.
Inuenitur tandem Attilanus mulierculæ in-
certo indicio, vili ac detrita veste contactus.
Mirantur omnes: Fit noua exultatio: gra-
tulantur cuncti sibi mutuo; gratulantur Epi-
scopo; eumque cum magno ad sedem hono-
re reducunt: quam deinde annos circiter o-
cto cum eximia sanctitatis laude administra-
uit. Quem vita functum Urbanus Pontifex Ma-
ximus in sanctorum numerum retulit: anno
millesimo secundo: quo in Hispania
Henricus regni gubernacula
tractabat.